

ARTIC. 652

DE LIBERO

XVIII.

dè statum controversiae hunc esse proprium:
Nam aliquid extra statum Regeneratio-
nis possit & valeat facultas voluntatis hu-
manæ, in rebus merè spiritualibus.

5. *In his enim valere ac posse illam multum,*
*& olim fuerunt plurimi, & hodiè haud pauci
sunt, qui asseverant: Prototypi Negativam,*
nostræ Ecclesiæ per omnia tuentur.

6. *Constat indè, quid discriminis intercedat*
Augustane Confessioni & Formule Concordie
in statu controversiae, quoad hunc articulum,
informando: nimirum diversum planè utrobi-

Form. que esse statum: & Augustane quidem Confes-

Concord. Art. 2. pag sionicum, quem modò expressimus: Formule

562.& 639. verò Concordiae istum: Quid hominis non-

*dum renati voluntas in ipsa conversio-
ne & regeneratione ex proprijs suis viri-
bus, & post lapsum reliquis, præstare pos-
sit: quando videlicet verbum Dei præ-
dicatur, & gratia Dei nobis offertur: An
homo ad hanc gratiam apprendendam
sece applicare, eam amplecti, & verbo
Dei assentiri possit.*

7. *Synergistarum nimirum errori suam op-
ponit definitivam Formula Concordie: que Con-
troversia tempore edita Confessionis Augustana,
lucem nondum viderat.*

8. *Etsi vero duo hi status Controversias pluri-
mam à se sunt distincti: nihilominus tamen ex
solidi-*